



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Francisci Bellegambe è Societate Jesu Theologi,  
Enchiridion Theologo Practicum Tripartitum, De Ivbilæo  
Ecclesiastico**

**Bellegambe, François**

**Coloniæ Agrippinæ, 1700**

Q. 5. Quid, si Titius confessus quidem fuerit cum intentione perficiendi  
opera, sed non perfecerit?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42093**

262 P. 3. De Jubilæo extraordinario.  
n. 19. & in Decal. l. 4. c. 54. n. 41. posse  
transacto Jubilæo à peccatis reservatis  
oblitis absolutionem, votorum com-  
mutationem, & alia, si quæ sit in Ju-  
bilæo concessa, obtinere.

Ratio est: Quia, ut antè diximus,  
Jubilæum semel obtentum dat jus om-  
ni tempore eligendi Confessarium  
pro iis, quæ usque ad finitum Jubilæi  
tempus concessa erant. Et ita etiam  
censet Lugo *disp.* 20. n. 102. Tenent  
& Sanctarellus & Alphonsus de Leo-  
ne, quorum opinionem censet proba-  
bilem Dianap. 3. tr. 4. n. 150. qui ta-  
men, teste Lugone, non benè adducit  
Sanchez & Suarez quasi absolutè ne-  
gantes. Tenent etiam Bartholomæus  
& S. Fausto *Thesauro Religios.* l. 4. c. 67.  
Cotonius apud Gobatum n. 243. Di-  
castillo *De Pœnit. disp.* II. n. 164. & seqq.  
Raymundus Bonal *tr.* 26. lect. 53. n. 4.  
affert sententias affirmantem & ne-  
gantem; neutram improbat.

Q. 5. Quid, si Titius confessus quidem  
fuerit cum intentione perficiendi opera, sed  
non perfecit?

R. Pote

S. 15. De contingent. post Jubil. 293

R. Poterit quidem elapso Jubilæo dari illi absolutio à reservatis; non tamen commutatio votorum; ut dictum est *sect. 10. q. 6.* quam recole: & præter Authores ibi citatos, ita etiam docet Pellizarius *tr. de Monialibus, c. 9. n. 21. §. Moneo 15.*

Q. 6. A quo Sacerdote potest dari absolutio reservatorum, & commutatio votorum, iis casibus, quibus dictum est posse dari finito tempore Jubilæi

R. A quolibet simplici Confessario communem jurisdictionem habente, ut loquuntur Suarez, Sanchez, & alii; seu, à quolibet Sacerdote communem jurisdictionem habente in mortalia, ut loquitur Lugo cum aliis; & est communis sententia.

Atque hinc finis esto Enchiridii; quod ejus, cujus solius est Jubilæum concedere, supremi in Ecclesiâ Catholicâ Pontificis, judicio humillimè submitto.

